

veram gloriam ac nominis æternitatem af-
secutum, ex cuius industria vel gentes vel
vrbes vel nationes nullius iniuria iacturaq;
ingens emolumentum perceperunt. Caue
Cæsar imperitum vulgus imitatus temere
credas quemquam istorum siue Cyrum seu
qui in anxietatem Alexandri ac democriti
vanitatem diffunduntur, quasi beatos laudi-
bus extolli debere; nisi veimus insatiabiles
& effrenatas cupiditates ac scelerata facta in
rebus honestis connumerare. Quibus gen-
tibus ille rapinæ nō victoriæ Macedonis A-
lexandri (nam hunc audio maxime rerum
gestarum admiratiōe crebrari) latronis mo-
re in bona vitam libertatem miserorum ho-
minum grassantis vsui, ac non potius cala-
mitosæ fuerint? Ipsi quoq; Macedones post
modum sibi funestas experti sunt, quum in
diuidenda præda dissentientes mutuis cladi-
bus vulgo sternerentur. Sed aliquantisper
publico blandiamur errori, adiuuemus tuā
insaniam, vbi nihil a pertinacia decedis, esto
magnitudine: rerum gestarum terras maria
que fama tui nominis impleuisti: vnicuiq;
potentissimorum & clarissimorum regum
gloria antecelluisti, omnia deniq; tuis optas-
tis obsecundarunt, vt felix tua & aliorū per-